Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sum qui michi sponsa mea ornamenta. et annulo fidei suae subarrhavit me.
longe te nobilior et genere et dignitate. et ornavit me gemmis pretiosis et circumdedit
torquem meam et collum meum cinxit lapidibus pretiosis. et circumdedit auribus meis inestimabiles
margaritas. et circumdedit uernantibus atque coruscantibus gemmis. Posuit signum
in faciem. vt nullum praeter eum amatorem admittam. Induit me cyclade auro textam
et multis monilibus ornavit me. Ostendit michi thesauros incomparabiles. quos michi
donaturum se si ei perseuerauero promisit. Non potero ad contumeliam pudoris amatoris
uel aspicere alium et illum derelinquere cum quo sum coniuncta karitate. cui est ge
nerositas celsior. possibilitas fortior. aspectus pulchrior. amor suauior. et omni gracia
elegancior. a quo michi iam thalamum collocatus est. cui in organa modulantur uocibus
resonant. cui michi uirgines iucundissimis uocibus cantant. Iam mel et lac ex eius ore suscepi.
iam amplexibus eius castis astricta sum. Iam corpus eius corpori meo sociatum est. et sanguis eius
ornavit genas meas. Cui mater uirgo est. cui pater feminam nescit. cui angeli seruiunt.
cui pulchritudinem sol et luna mirantur. cui odore reuiuiscunt mortui. cui tactu confortantur
infirmi. cui opes nunquam deficient. cui diuitiae non decrescunt. ipsi soli seruio fidem. ipsi
me tota deuocione committo. Quem cum amauero casta sum. cum tetigero munda sum.
cum accepero uirgo sum. Hec dicente prouocias filium. ubi partus sine dolore succedit. et fecundi
tas continua cumulatur. Hec audiens insanus iuuenis amore corripitur. ceco. et inter ang
ustias animi et corporis anhelo cruciabatur spiritu. Inter hec lecto prosternitur. et palpa suspiria amor
medicis aperit. fiunt nota patri que fuerant inuenta a medicis. et ad eam pater ita uoce
que fuerant dicta a filio ad pericionem uirginis reuoluuntur. abnegat agnes beatissima. et se nullo pacto asserit prioris sponsi federa uiolare. Cumque pater diceret infaciebat
perfuturam agere. et idcirco non sit quantus iam illustrissimum posse perferri. cepit tamen
uehementer inquirere. quis esset sponsus de cui se agnes potestate iactaret. Tunc exerunt quidam
exparasitis ei qui diceret hanc xpianam esse a infancia et magicis artibus ita occupatam. ut
xpm dicat sponsum suum. Audiens hec perfectus letus efficitur. et missa apparicione eum ingeri
strepitus suus eam tribunalibus precepit presentari. Qui primum quidem blandis eam sermo
nibus secreti prouocat. de inde terroribus pulsat. sed xpi uirgo nec blandimento seducitur. nec
terrore concutitur. sed eodem uultu. eodem animo perseuerans et terrenis similiter. sic blandi
entem animo deridebat. Videns itaque sumptibus proficiat tamam ipuella pstancia parentes
ei alloquitur. Et quia erant nobiles et uim inferre non poterat. titulum eis xpianitatis op
ponit. Sequenti namque die agnes presentari iubet. et iterum atque iterum reperens replicare
cepit de amore iuuenis sermonem. Cumque omnis sermo eius casso labore deficeret. sibi eam
iterum suis tribunalibus iubet. Cui et dixit. Supplicio xpianorum de quorum te magicis artibus iactas
ubi mysteria fuerit segregata. non poteris insaniam abicere nec equissimis consiliis prebendo
consensum. Unde aduenerandam deam uestam te preparare necesse est. ut si perseuerancia uir
ginitatis placet. eius die noctique sacrificiis uenerandis insistas. ad hec beata agnes dixit. Si
filium tuum quantus iniquo amore uexatum. tamen iuuenem hominem recusaui. hominem uniq;
qui est racionis capax. qui audire et uidere et palpare et ambulare potest. et flore lucis hui cum omnis